



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Laurentius Justinianus. 8. Januarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

Ian.
quo
tata
n D.
fius
stor
ber
elo,
cam
ad
ete
aná
go
am
cto
in
oya
pi
ill
em
oc
n è
m
a
il
m
rit
d
n
s
d

8.Ian. VITÆ SANCTORUM. 29
quid respondebimus; quæ nobis spes salu-
tis reliqua erit? S. Chrysoft. 60. in
Matth.

S. LAURENTIUS JUSTINIANUS.
8. Iannarij.

ANnum agenti JUSTINIANO decimum
nonum induta virginem Divina Sa-
pientia amplexum tulit, & osculum. Ab
eo tempore omnis illi mundus despere,
una sapere religio. Ad hanc cùm se
recepisset, fuit qui, cùm familiaritate
(quæ ei cum LAURENTIO intima erat)
destitutum se indignè ferret, ad septa
monasterii cum totâ acie sodalium veni-
ret: cornu unum citharœdi, alterum ar-
mati tenebant. Sed utrumque perrupit
LAURENTIUS, captumq; verbis Soda-
lem in sua jurare verba, manusq; dare
religioni coëgit, plaudentibus utique
Superis, quòd jam Theseus Pirithoum
suum, non ad orcum, sed cælum comi-
taretur. Pòst tamen LAURENTIUS ad in-
sulam extractus, pater pauperum, & ho-
stis superborum audiit, mirandaq; egit
plurima. In ore illud crebrò habuit: *Eam*
demum esse veram sapientiam, scire
Deum omnia esse, at nihil, hominem,
& illud: cælo excludendos omnes fore
*opulentos, nisi ejus janitores paupe-
res piâ manu corrumperent. Ego pal-
marium id puto: perituras Venetias*
fuisse,

30 VITÆ SANCTORUM. 9.Ian.
fuisse, pessimo Sodomorum exemplo,
nisi potentior apud Deum Abrahamo
L A U R E N T I U S intercessisset. Porrò
moriturus plumas respuit, memor quām
duro lectulo Christus obiisset. Et tamen
sine plumis in cælos evolavit anno m.
cccc. x. cùm justa illi homines inter An-
geli persolverent, funeris dicam tibici-
nes, an virturis buccinatores? *Ex Surio.*

*Utinam saperes, quæ Dei sunt! intelli-
geres, quæ mundi sunt! provideres, quæ in-
fernī sunt! profecto inferna boreres, su-
perna appeteres, quæ ad manus sunt con-
temneres. S. Bernard. in Ep.*

S. JULIANUS M. 9.Ian.

JULIANUS unicus parentum clarissi-
morum filius primum ætatem Musis
consecravit. Ex virginis in clientis sui
pectus amorem virginitatis cum literis
instillarunt. Sed obstatere votis parentes,
castas aures Hymenæo identidem pulsantes.
Itaque à cælo ante per somnum ar-
matris **B A S I L I S S A M** duxit. Verū
precantes thalamo celestis primum o-
dor afflavit; mox de servando pudore
piè sermocinantibus cum **M A T R E** a-
liisque Cælitibus **C H R I S T U S** super-
venit, qui & audentibus animos addi-
dit, & utriusque nomina vitæ libro
descripta ostendit. Ita virgo obiit **B A S I-
L I S S A**; **J U L I A N U S** verò etiam Mar-
tyr;